

credo, ne te quidem superotites, qui, meâ opinione nunquam
pari cum ardore, vi, alacritate, gratiâ, majestate dixisti
placere ut assensus videaris et illius quem nosti, τὸ χαλκὸς
Ἰδαίου, et hujus qui successit summo scriptori proximus
τὸ ροβερόν, quo characteres veteres complexi sunt meo iudicio
illam dicendi perfectissimam ideam, quâ ut dicere soles amari
oratoreno necesse sit et metui.

Hæc a me quantâ temeritate pronuntientur, oratoriarum rei
si cuiusquam, rudi et ignaro iudice, dices ex eo quod ad junxi
scripto meo. Adjungere tamen placuit, quod cum unâ
super essemus videbaris pro humanitate tuâ non cogere
admissurus de muneris mei naturâ, de quâ tum sermo
inciderat, a manu meâ familiarem dissertationem. Talem
levi calamo, talem sudore nullo, talem aὐτοχρηδίας, con-
gessi, egressi, talem in victo Principi, quem proxime tangit,
placuisse recordor, cum gloriola præritu, quam ut angeas
non tam ineptus mei existimator sum, ut expectem, neque
humanitatis tuæ tam ingrati mihi conscius, ut imminu
tam velle metuanam. Silendo, sicut olim te affabat domus
reberis existimationem meam, et ad laudes feceris te
tacuisse, meas. Vale Vir Maxime et me ama. Historie
Sylva duceusii exemplar Gallicum, manu meâ corruptum
expectabo, ut remittas, postquam usus fueris. Haga 19
Cal. Maij 1616 LXXII.

Heinsio.

Interesse tuâ credidi, Vir Nobilissime, ut scires quam digni ⁽¹⁶⁸⁾
de te sentiat Balzacius, quem penes apud Gallos arbitri-
um est hodie et jus et norma loquendi. Summi ille
nominis suo merito scriptor, sed et suo merito perquam
invidiosus - quâ de re aliquando disserturi sumus. In autem
cessum, autographum istud vide et Amplissimo Cunæo
tradi, si commodum est, curâ una cum epistolio meo
quo compellandum duxi insignem Virum terse Latini-
tatis, meo quidem iudicio proximum a Te iudicem.
Ego Herodem tuum, ac Panegyricum Balzaco mitto.
Cunæi nunquid recenter exstet nescio. Ipse iudicabit.
et si monueris, quod te rogo, Balzaci epistolam
cum

cum remittet, nauis potius quam auxigis cadet. Vale
 vir summe et me ama, qui nomini tui cultores facere
 non possum, quin amplectar. Haga Com: ii. Aug: 1632.

Godefr. Wendelino

Pastori Bethasiorum
 pago Beet.

(159)
 Campellari a te, vir Doctissime, et salutari, et munus
 culo ornari, magno mihi in praesens est. hoc majori, quod
 occasionem unam praebes, qua non inutilis amicus admitti
 videar, illud maxime, quod injecta summi viri mentione
 per tam honorata mihi amicitiae sacra, officii meo admones
 et quo te haberi loco par sit, doces, qui apud illum summo sis
 non recuso licet amantissimum tui testem. perspectos
 habeo et affectus Puteani, et candorem et iudicium, dicere
 et scire me quam amare possit et non falli, nisi me amaret,
 sed ut semel lapsus sit, quam in te non erret, palam tute
 facis, qui ^{tam} solidae eruditiois dato iudicio, ea me facundia
 alloqueris, qua ut conveniri saepe cupiam, a paucis expecto
 posse conveniri. Amo igitur te nunc jam vir Clarissime,
 et colo qua te, qua Puteani, qua meo: amatum etiam
 ne dubita, et culturus sum constanter qua talem, et qua

Tuus.

C. H.

Qui haec profert, indicabit
 quam in manu mea non
 sit, haec in re. prolixius grati
 ficari tibi, quamdiu trans
 Rubiconem incolis, et in hostico.

In Castris ad Trajectum Mosae.
 VIII. Cal. Quintil. 1632. XXXII.

Illustrissime et Excellentissime Domine.

(160).

Perquam sero reddita mihi fuere, quas ad me literas dedisti
 sub finem Mensis Maij. Hanc primam silentii mei, non
 recordiae, causam admittes. Proximam quod in expedi
 tione eram, et ut magnarum itinerum molestiam
 demas, negotio tum vero districtissimi. Tertia est, quod
 excepta pro tempore spe ociae recessus, occultas notas
 quas commendaveras, alii investigandas tradidi, qui
 diebus plusculis insumptis, tandem cassi laboris fructum
 desperationem, repulit: ille quidem in deca
 Mathematicorum